



## Universitätsbibliothek Paderborn

**M. Adami, Scriptoris Vetvsti, Historia Ecclesiastica,  
Religionis Propagatae Gesta, Ex Hammabvrgensi  
Potissimum Atque Bremensi Ecclesiis, Per Vicina  
Septentrionis Regna**

**Adamus <Bremensis>**

**Helmestadi[i], 1670**

XX. Diploma Henrici IV. De Comitatv In Pagis Hvnesga Et Fivilga.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11096**

**VI. Indictione IV. HEINRICO** anno quadragesimo III. re-  
gnante, imperante vero III. decimo, data est Patavij præsente  
G laudante ac confirmante Domino Papa Clemente. Reco-  
gnoscebant ex Principibus, Episcopus Monasteriensis Er-  
pho, Episcopus Veronensis VVolftrigel, Vincentinus E-  
piscopus Ycelo, Tarvisianus Episcopus Lupoldus, Epi-  
scopus Veltrensis Aibo, Episcopus Faventinus Routpret,  
Marchiones à Lo. Purchardus. Comites Megenfridus,  
VVido, Houc, & alij complures.

## XX.

DIPLOMA HENRICI IV. DE COMITATV IN PAGIS  
HVNESGA ET FIVILGA.

Diploma  
hoc cum  
sequenti-  
bus tribus  
extat apud  
Linden-  
brog à p.  
159. usque  
ad 165. quæ  
adeo præ-  
mitti supe-  
rioribus  
nonnullis  
debutrant.

**H**oc nomine sanctæ & ind. vidue Trinitatis, Heinri-  
cus divina favente Clementia Rex. Si loca divinis  
cultibus mancipata, more antecessorum nostrorum Re-  
gum & Imperatorum ditare & sublimare curamus, eternam  
retributionem nobis inde futuram liquido credimus. Quo  
circa omnium Christi nostrorumq; fidelium tam futurorum  
quam præsentium noverit industria, qualiter nos pro remedio  
beatæ memoriae patris nostri Heinrici tertii, Regis secundi  
Romanorum Imperatoris Augusti, & ob interventum dilectæ  
matris nostræ Agnetis Imperatricis Augustæ, nec nou ob pe-  
titionem & devotum ac fidele servitium Adalberti venera-  
bilis Hammaburgensis Ecclesiae Archiepiscopi, quæ est con-  
structa in honorem sancti Salvatoris & sanctissimæ ejus geni-  
tricis Mariæ virginis, quendam nostri juris Comitatum, sci-  
licet in pagis Hunesga & Fivilga, cum eodem jure omniq; utili-

utilitate, quam antecessores nostri habuerunt, vel ullo modo  
 in futurum inde poterit provenire, ad usum ejus dictæ Eccle-  
 siæ in proprium tradidimus, & condonavimus. Insuper etiam  
 eidem Archiepiscopo licentiam & potestatem concessimus, in  
 eodem Comitatu duos mercatus constituendi, unum videlicet  
 in VVinechum, & alterum in Gerlevisvvert, cum mone-  
 tis & theloniis tam in aqua, quam in terra, & in omni di-  
 strictione, quæ ad forum & regiam pertinet potestatem; ita  
 quidem, ut nullus judex aut excitor, vel ulla alia persona, præ-  
 ter libitum prædicti Archiepiscopi regiam nostram traditio-  
 nem invadere, aut irritam facere præsumat. Hanc autem  
 traditionem tali ratione firmavimus, ut prefatus Archiepi-  
 scopus & successores illius de prænominatis rebus liberam de-  
 inceps potestatem habeant tuendi, vel quidquid illis ad usum  
 Ecclesiæ prænominatae placuerit, inde faciendi. Et ut hæc  
 nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat  
 ævo, hanc chartam inde conscriptam, manu propria, ut infra  
 videtur roborantes, sigilli nostri impressione jussimus insig-  
 gniri. Data VII. Kal. Maij. Anno Dominicæ incarnationis MLVII. Indictione X. Anno autem Domini Heinrici  
 IV. Regis ordinant. III. regni primo. Actum VVerede in  
 Dei nomine feliciter. Amen.

## XXI.

DIPLOMA HENRICI IV. DE TRADITIONE  
LIESTMVONÆ &c.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus di-  
 in favente Clementia Rex. Cum regiæ dignitatis sit, jus  
 Ff 2 cuilibet

Vide Ada-  
mum lib.  
4. cap 44  
pag. 112.